Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8479
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



scio neq; nouu quid dicas. Et exiit foras
ante atrium; et gallus cantauit. Rursus au
cum uidisset illum ancilla cepit dicere cir-
stantibus. Hic ex illis est. At ille iterq;
negauit. Et post pusillum rursus qui asta
bant dicebant petro. Vere ex illis es. Nam
et galileus es. Ille autem cepit anathemati
zare et iurare. Quia nescio hominem istum
quem dicitis. Et iterum statim gallus canta
uit. Et recordatus est petrus uerbi qd̃ dixerat
ei ihs; priusquam gallus cantet bis. ter me ne-
gabis; et cepit flere. Et confestim mane con
silium facientes summi sacerdotes cum senio
ribus et scribis et uniuso concilio. uincientes
ihm duxerunt; et tradiderunt pylato. Et int
rogauit eum pylatus. Tu es rex iudeorum;
At ille respondens ait illi. Tu dicis. Et accu
sabant eum summi sacerdotes in multis. Py
latus autem rursum interrogauit eum dicens.
Non respondes quicquam. Vides in quãtis
te accusant. Ihs autem amplius nichil rñdit.
ita ut miraretur pylatus. Per diem autem fe
stum dimittere solebat illis unum ex uinctis;
quem cumq; petissent. Erat autem ibi quidã
qui dicebatur barrabas. qui cum sediciosis erat
uinctus; qui in sedicione fecerat homicidium.